

2. Calculus tuus vix erit verus, aut data falsa.

*Hordeum*

Maj. 31. serebatur, maturum. Jun. 28

Ergo maturum per nycthemeras 58

(sunt tantum 29)

3. Annon licet p. australiori Europa ponere magis australi.

4. § 30. vbi dicis quibusuis plantis suos fixos esse limites, recensens n. ζ. *Leonus*, qui *Cardiaca* Tournef. Quaer. Annon *Leonurus*?

Doleo praeterea acerbissime, me vix tempus impendere posse legendo Swammerdamio, absolui tamen iucundissimam pediculi historiam. De Araneis quod mouisti dubium, suam forte reperiet responsionem in ipso Swammerdamio. Dno van Royen nebulo quidam auditorum abstulit Radicem Ginseng, nos apud Osterdyckium longe fuimus honestiores. Respondeas, si placet, cito. Vale. die ♂ 737. 5. Febr.

Utanskrift:

*A Monsieur*

*Monsieur Linnæus*

*Docteur en Medicine*

à

by myn Hr Clifford.

Hartekamp

Linn. Soc., Vol. I: 381.

117.

Fautori suo Optimo

S. P.

Ioannes Bartsch.

Ne aegre feras taediosas numero litteras meas. Quaesui certe cum molestiis summis et non inueni. Superos Acherontaque moui nec tamen inueni quaesitum, an forte in tuis litteris paruulus libellus ab errore loci continetur, vtor eo maxime, et nescio, vbinam reposuerim illum. Si placet eum transmittas ocissime, rogo. Vale. die ♂.

Utanskrift:

*A Monsieur*

*Monsieur Linnæus*

*Docteur en Medicine*

à

by myn Hr Clifford

Hartekamp

Linn. Soc., Vol. I: 412. Skrifvet Tisdagen den 5 Febr. 1737.